Ydem quietat succes olim Ordimecz

usui datis hactenusque retentis nunc vero iam in manus dictorum tutorum
persolutum et restitutum quietant et liberos faciunt. Inscriptionesque con-
tractuum et chirographorum cassant mortificant et annihilant perpetue
Inscribuntque se et suos successores ydem Joannes Pylecki et Joannes Zawa-
cki. Inscriptionem presentem castrensem premislien quietatoriam ex his actis
castrensibus. Ad acta terrestria premislien Ad primos vel secundos terminos
terrestres premislien transfere et transportare sub dictis terribus ad
simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxatis. Inscribuntque
se et suos successores ydem Joannes Pylecki et Joannes Zawacki
preffatos Generosos pro quibus caverunt et se in bonis suis omnibus et preffatis
dictis terribus inscripserunt preffatos vigilantissimum Dembienski de Dembia-
ny Capitaneum Chezynensem et Joannem Plaza de Mszczow ad acta
quecumque autentica Regni Polonie adducere et statuere. Qui statuti
debebunt ac tenebuntur super inscriptionem presentem consentire et eandem
in toto et in minima parte approbare et ratificare sub similibus
et specialibus dictis terribus ad simplicem verbi assertionem taxatis
pro quibusquidem dictis terribus si se ipsi Joannes Pylecki et Joan-
nes Zawacki cum suis successoribus eisdem Joanni Anne et Helizabeth
[illegible]
et eorum successoribus [illegible]
sine offensum eorumdem citare permiserit et successores eorum permiserint
Extunc recedendum a terris pallatinatibus dictis iuribusque suis quibusvis
proprijs foroque competenti et huic iurisdictioni ad quam attracti fuerint
secum successoribus bonisque suis omnibus incorporandum in premonitionis termi-
no tanquam peremptorie stare parere tenere ac pro preffatis
dictis terribus a iudicio seu officio ad quod attrahitur non recedendum satis-
facere debet et successores eorum tenebuntur. Terminum ipsum primum
peremptorium nullis modis vijs colloribus dilationibus bellis conven-
tionibus qualibus et particularibus statutis nominibus vel veteribus
actione pro maiori litis quibusvis regalibus in quemcumque sensum obtenti
vera vel simplici infirmitatibus non differendum Nec non evasionibus
prescriptionibus motionibus applicationibus earumque prosequutionibus
non differendum nec prolongandum atque se excipiendum ad quietationem mor-
tificationemque inscriptionis presentis dilationem non petendum pena trium marcarum
et triplici pena hec idem dicta terrestria non evadendum Quatenus nihil sit
in auxilium contra presentem inscriptionem eiusque deffectum recipiendum sive ad
successorum suorum sub amissione tocius cause vigilantissime solutionem preffatorum
dictorum terrestrium tocius quotiens necessarium fuerit nulla in premissis
prescriptione terrestri obstante super quod mente solutum est officio

Bieykowski ttr tutoribus Boliestrasiczki

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus capitalibus pre-
mislien Generosus Joannes Bieykowski Recedendum a terris pallatinatibus di-
strictibus iuribusque suis quibusvis proprijs foroque competenti et huic presenti
iurisdictioni castrensi premislien vnacum bonis successoribusque suis omnibus
incorporandum et subijciendum publice palam et per expressum recipit Ex ma-
nifestis Joanni Pylecki de Pylza Hrodlen Stanislao Dembijenski
de Dembiany Chezinensi Capitaneo Joanni Zawacki et Joanni Plaza de
Mszczow tutoribus Generosorum Jacobi Stanislai et Anne filiorum et filie
successorumque legitimorum Generosi olim Stanislai Swiechopelk Boliestrasiczki
tenetur et est debitus certi debiti mutuateque peccatum Quadringenti
florenorum peccatum monete et auri polonicalis quemlibet florum pro triginta grossis polonicalibus
computandum Quamquidem summam quadringentorum florenorum peccatum idem Joannes Bie-
ykowski cum suis successoribus eisdem tutoribus et eorum successoribus inscribit
et obligat se super omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis hinc pro die et
festo Sancti Stephani martyris proxime venturum in anno domini millesimo
Quingentesimo Septuagesimo tertio hinc in castro premislien dare
et solvere et circa acta castrensia capitalia reponere non obstante ipsorum tutorum
absentia repositamque non effidenibus. Casu vero quod si et in quantum
idem Joannes Bieykowski cum suis successoribus eisdem tutoribus et eorum
successoribus summam supraexpressam pro die et tempore preffato superius
expresso non solverit aut solvere neglexerit Extunc inscribit et obligat
se cum successoribus suis idem Joannes Bieykowski eisdem tutoribus et eorum
successoribus dare et libere admittere realem introitum et actualem pacificamque
possessionem in bona sua hereditaria vigilantissime in tota et integra sortem suam hereditariam
in villa Pelnathicze consistentem per iuramentum terrestrem premislien que-
cumque ipsi tutores duxerint sibi ad intromittendum sub vadio simul sumere Qua-
dringentorum florenorum peccatum Que bona talia si inscriptum ipsi tutores
suprascriptum tenebunt habebunt et possidebunt cum omni iure dominio
et proprietate et cum omnibus eorumdem bonorum attinentiis pertinentiis fructibus
provenientibus censibus atque utilitatibus quibuscumque universis quibuscumque dicantur
nominibus et cognominibus nihil pro se et suis successoribus iuris dominij
et proprietatis in eisdem bonis reservandum seu excipiendum sed ita prout solus
tenuit habuit et possidebat a tempore accepte possessionis ad festum Nativitatis Christi
proximum Et in deffectu protunc exemptionis ad aliud simile festum
Nativitatis Christi proximum et sic a Nativitate Christi ad Nativitatem Christi ab anno ad annum
annis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem